

A D E M O R I B V S Q V O S I N S E P E -
liendis mortuis Aegyptij seruant. Cap. V.

Videbuntur fortassis hæc quæ diximus, miranda: sed nequaquam minus admirabitur quis, si quid apud quosque fit Aegyptios in funere mortuorum, consideret. Primiti diuersarum gentium mores. Cum quis defunctus est, proximus omnes amici, qui detur pato luto capite, lugentes civitatem quoad mortuus sepeliantur, circumeunt: interim neque lauantur, neque uinum aut cibum nisi uilem sumunt, neque uestibus utuntur splendidis. Sepulchorum tres habentur species, sumptuosa, mediocris, humilis. In prima argenti talentum expoununt, in secunda minas uiginti, in ultima parum quid sumptus erogant. Qui funera mortuorum curant, eo exercitio a maioribus tradito, funeris impensam domesticis descriptam ferunt, scrutantes quanti uelint celebrari funus, conventione facta, corpus eis traditur, ut iuxta impensam curetur funus. Primus grammaticus (ita enim appellatur) posito humi corpore, circa ilia describit quantum a sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor, habens lapidem Aethiopicum, quantum lex sinit, latus aperit; subitoque cursu persequentibus qui adstabant, lapidesque cum execratione in eum facientibus, fugit. Existimat enim odium inhærente, quicunque amici corpus uulnere illato uiolari. Curatores uero corporis, hos salitores appellat, honore digni existimationeque habentur. Utuntur enim sacerdotibus, templaque pariter ingrediuntur. His penes cadauer adstantibus, unus scissuram per corporis interiora præter renes & conducit, quæ singula alter uino Phœnico ex rebus odoriferis lauat; deinde corpus totum primū ex cedro cum alijs preciosis unguentis unguit dñes amplius trigesinta. Myrra deinceps, ac cinamomo, ceterisque rebus linunt; quæ nō solum id seruare diutine, sed odoriferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis tradunt defuncti, ita singulis eius partibus, etiam superciliorum palpebra rumque pilis integrè seruat, ut omnis corporis species dormientis more integræ perdure. Plures Aegyptij progenitorum corporibus domi magno sumptu conditis, respicientes suorum imagines uiuentium magnitudine & habitu a longa progenie ductas, tanquam uiuentium aspectu, animo oblectantur. Antequam sepeliantur corpus, praedicit a cognatis tum iudicibus, tum defuncti amicis, sepulturæ dies. Afferunt uero illum, nomine mortuum appellantem, paludem transiitrum. Adstantibus iudicibus amplius quadraginta numero, sedentibusque in præparato ultra stagnum hemicyclo, trahitur nauis ad id corporis ab ijs quibus ea cura iniuncta est, regente magistro, quem sua lingua Aegyptij Charontem vocant. Vnde & Orpheum (qua de re paulo post dicitur) afferunt cum hunc morem apud Aegyptios cōspexisset, finxisse postmodum inferos, partim quæ uiderat imitatum, partim quæ ipse cōmentus esset. Perducta in stagnum nauis, anteque condatur in arca cadauer, permittitur lege uolenti mortuum acculare. Si quis comprobatur male uitissime, iudices sententiam ferunt, quæ censem corporis eius sepulchro priuandū. Qui comprehenditur iniustè crimen obiecisse, magna multatur pena. Cum deest accusator, aut per calumniam accusatum constat, cognati finito luctu ad laudes mortui uertuntur: nil de genere eius, sicut Græci consueuerunt, narrantes, (existimant enim omnes Aegyptij pariter se nobiles esse) sed ordites a pueritia, in qua uitæ institutio nem eruditio nemque recenserent, ad uitæ aetatem descendant, eius erga deos religionem, iustitiam, continentiam, uirtutesque ceteras commemorantes. Inuocatis uero inferis diis, precantur ut eum inter pios locent. Ad quæ uerba omnis multitudo correspondet, gloriam mortui extollens, tanquam apud inferos cum beatis semper futuri. Sepeliunt postea quicunque suos: hi in proprijs sepulchrjs, hi quibus ea desunt, domi apud firmiore parietem arca corporis erecta. Qui uero aut crimine aliquo aut scenore sepultura prohibentur, domi absque arca ponuntur;